FLORA.

55. Jahrgang.

№ 23. Regensburg, 11. August 1872.

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — Literatur. — Anzeigen.

Beilage. Repertorium für 1872, Halbbogen 1.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. Continuatio quarta decima. — Scripsit W. Nylander.

1. *Obryzum dolichoteron* Nyl.

Simile *O. corniculato*, sed sporis longioribus 3—5-septatis cylindraceo-oblongis, longit. 0,023—27 millim., crassit. 0,0045—0,0050 millim.

In Scotia, Craig Tulloch (Crombie).

In lobis thalli *Collematis* (ni fallor, *auriculati* var. *pinguescentis* Nyl.). Ut ante animadverti, *Obryza* parasitae sunt Collemaceorum.

2. *Cladonia pityrodes* Nyl.

Subsimilis *Cl. cariosae*, sed sporae majores (longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,003—4 millim.).

In Norvegia, Dovre, Kongsvold (Zetterstedt).

Forsan propria species. Squamae thallinae dense congestae firmae. Podetia breviuscula crebre granuloso-verrucosa vel granuloso-squamulosa. Cortex (praesertim granuloso-asper podetiorum) hydrate kalico flavens. Apothecia fusca, latit. 0,5—1,2 millim.

3. *Lecanora diphyodes* Nyl.

Thallus murinus vel cinerascens, sat tenuis, rimoso-diffractus, determinatus; apothecia fusco-nigricantia planiuscula (latit. 0,6—0,9 millim.), sat prominula, strato gonidico imposita, zeorina (margine duplici saepius visibili, proprio et thallino integro), intus albida; sporae 8nae placodinae (vix vero ullo tubulo axeos), longit.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0355-0

0,012—18 millim., crassit. 0,006—8 millim., paraphyses mediocres, epithecium fuscescens.

Ad *Bessines* (Haute Vienne) saxicola (Ripart).

Spermatia (arthrosterigmatibus breviusculis adfixa) oblonga, (longit. 0,0035 millim., crassit. 0,0015 millim.). Epithecium hydrate kalico nonnihil violaceo-purpurascens.

4. *Lecanora gangaleoides* Nyl.

Forsan varietas *L. atryneae* (Ach.). Differt apotheciis atris et gelatina hymeniali jodo coerulescente (coerulescentia subpersistente, thecis deinde violacee tinctis). Coll. Mand. no. 55. Gallia.

5. *Lecanora pseudistera* Nyl.

Thallus albidus verrucoso-confluens; apothecia fusca mediocria (latit. 1 millim. vel minora), margine thallino integro (passim demum flexuoso vel inaequali) albicante; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,006—7 millim., paraphyses crassiusculae articulatae, clava luteo-fuscescente. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Ad saxa granitica *Ligugé* prope Pictaviam (Weddell), socia crescens *Lecanorae atryneae* (Ach.) et *subfuscae* var. *campestris* Schär.

Differt ab hac var. *campestri* variis notis, ut sporis minoribus, paraphysibus crassioribus distinctiusque articulatis, reactione hymenii jodo alia, etc. Apothecia interdum latit. usque 2 millim. Spermatia arcuata, longit. circiter 0,016 millim., crassit, 0,0005 millim. Hypothallus nigricans parum visibilis.

6. *Lecanora intermutans* Nyl.

Similis *L. cinereae*, sed sporae majores (longit. 0,023—34 millim., crassit. 0,009—0,015 millim.) et spermatia contra multo breviora (longit. 0,007—9 millim., crassit. vix 0,001 millim.).

Ad saxa arenaria prope St. Laon (Richard); ad granitica prope Brestum (Crouan).

Reactio thalli sicut in *L. cinerea*, attamen ob notas datas satis distat, ut specie distinguatur.

7. *Lecidea stigmatoides* Nyl.

Thallus albus vel albidus, subfarinaceus, tenuis, rimosus, indeterminatus; apothecia nigra minuta (latit. 0,2—0,4 millim.) concaviuscula marginata, intus albida; sporae 8nae ellipsoideae submurali-divisae (4-loculares, loculis mediis bi-divisis), longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,008 millim., epithecium infuscatum, paraphyses graciles, hypothecium tenue incolor. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0356-6

Supra kaolinum ad *Bessines* (Ripart).

Species parva accedens versus *L. hyalinam* (Hepp), sed differens jam sporis multo minoribus. Hypothallus tenuissimus glauconigricans fibrilloso-radians hinc inde circa partes thalli juniores conspicitur.

8. *Lecidea paraclitica* Nyl.

Vix differt nisi ut var. a *L. enclitica* Nyl, strato medio hypothecii rubricoso-fusci diluto vel subincolore. Perithecium et epithecium nigricantia. Thallus chalybeo-obscurus vel obscure cinereus, laevisculus, tenuissimus indeterminatus, magis evolutus subgranulosus. Sporae longit. 0,006—0,011 millim., crassit. 0,0030—0,0035 millim.

Ad lignum pini in Finlandia, Mustiala (Kullhem).

Est „*L. enalliza* var. *fuliginea* Th. Fr." Kullh. Lich. Must.[1]) p. 275, male sic juncta sub *L. enalliza*, quae paraphyses habet apice clavato, capitulo subgloboso-fusco. In *L. paraclitica* et *enclitica* epithecium et hypothecium acido nitrico purpurascenti-reagentia; in *L. enalliza* contra nihil tale observatur, sed hae partes hoc acido immutatae manent.

9. *Lecidea intermissa* Nyl.

Thallus albidus tenuissimus subgranulosus determinatus; apothecia nigra vel fusconigra (vel humido fusco-pallescentia), plana marginata, vel convexiuscula immarginata (latit. 0,5—0,8 millim.), intus albicantia; sporae aciculares pauci-septulatae, long. 0,045—0,060 millim., crassit 0,0025—0,0030 millim., paraphyses non discretae, epithecium vage obscuratum, hypothecium subincolor (vel perithecio atque infra extus cupreo-fuscescens). Jodo gelatina hymenialis coerulescens (coerulescentia dein sordida).

Ad corticem alni in Nericia Sueciae (Blomberg, ex. hb. Branth).

Maxime haec accedere videtur ad *L. absistentem* Nyl. in Fl. 1869, p. 295, quae autem mox differt epithecio bene coerulescente et reactione hymenii jodo intense coerulescente etc. In *L. inter-*

1) Paucos modo ex his Lichenibus conspicere licuit et non semper bene determinatos. In speciminibus visis errores quosdam corrigendos sequentes hic memorem: „*Biat. politococca*" est *Lecid. denigrata*, „*Biat. lenticularis*" est *L. chalybeia* Borr., „*Blast. ochracea*" est *Lecan. vitellinula* Nyl., „*Cal. rubelliana*" est *Lecan. pyracea* saxicola, „*Sarc. privigna* var. *clavus*" est *Lecan. privigna* var. *complicata* Nyl., „*Coll. melaenum*" est *C. pulposum*, „*Bac. lecideoides*" est *Lecid. vermifera* var. *rectiuscula* Nyl. (h. e. *vermifera* sporis fere rectis), „*Bac. tenella*" est *L. egenula*, „*Biat. humida*" est *Lecid. humosa* (Ehrh.), „*B. admixta*" est *Lecid. ocelliformis*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0357-2

missa epithecium parum obscuratum (coerulescentia obsoleta vel sordida tinctum). In *L. acerina* et *endoleuca* epithecium magis infuscatum (hydrate kalico nonnihil violaceo-purpurascens), paraphyses graciles discretae etc.

10. *Lecidea delincta* Nyl.

Thallus glauco-cinerascens vel glauco-subvirescens, tenuis, rugulosus, subverniceo-nitidiusculus, effusus, passim evanescens; apothecia nigra superficialia planiuscula marginata (latit. 0,3—0,4 millim.) intus obscura; sporae ellipsoideae, longit 0,009—0,016 millim., crassit 0,006—7 millim. paraphyses graciles vel gracilescentes, epithecium lutescens, hypothecium fuscescens vel fuscum (perithecio obscurius obfuscato). Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens vel violaceo-tincta.

Supra saxa lacustria in Finlandia (Norrlin et Simming).

Thallo jam differt a *L. crustulata* Hepp et forsitan sicut propria species; hypothecium etiam diverse coloratum, quibus notis etiam distinguitur a *L. Ahlesii* Hepp, quae proxima videtur, at thallum habet magis aequabilem, subrimosum et minus tenuem, hypothecium infra dilutum. Variat (var. *subverruculosa*) thallo sordide lutescente, verrucoso-inaequali, rimoso, sat tenui; in Finlandia (Norrlin), ad granitum.

11. *Lecidea diasema* Nyl.

Sat similis *L. glomerulosae* (DC.), sed paraphyses crassiores et jodo gelatina hymenialis vix tincta (solum thecae tum vinose rubescentes).

Ad corticem prope Helsingfors (Norrlin).

Thallus hydrate kalico non reagens, granulosus, laxe adhaerens. — *L. parasema* var. *rugulosa* Ach. pertinet partim ad *L. glomerulosam*, partim ad *L. parasemam*.

12. *Lecidea asema* Nyl.

Thallus albidus tenuis inaequalis subdispersus; apothecia nigra (vel livido-nigra), marginata (latit. circiter 0,5 millim), saepe subplicata; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,013—16 millim., crassit. 0,006—8 millim., epithecium glaucescens, hypothecium rufescens vel fusco-rufescens (non crassum). Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

In Jersey (Larbalestier), ad saxa arenaria.

Accedens ad *L. latypodem* („*sublatypeam*“ Leight.), quae differt apotheciis atris, hypothecio obscuriore et sporis minoribus.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0358-8

13. *Lecidea inconcinna* Nyl.

Thallus umbrino-griseus vel cinereo-fuscescens, tenuis, rimulosus vel areolato-rimulosus, indeterminatus; apothecia nigra adnata subangulosa (latit. 0,5—0,7 millim.) planiuscula rugulosa (interdum epithecio subgyroso vel subumbonato) marginata, intus subconcoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,010—12 millim., paraphyses graciles irregulares, epithecium et hypothecium fuscescentia (vel illud luteo-fuscescens). Jodo gelatina hymenialis vinose rubens vel vinose fulvescens, praecedente coerulescentia.

Ad Bessines (Ripart).

Species sine dubio distincta, accedens quodammodo ad *L. inferiorem*, sed forsan potius sit Lithographa. Sporae vetustate nigrescentes observantur.

14. *Lecidea subsilacea* Nyl.

Thallus laete ochraceus (supra ferruginose tinctus), areolato-granulosus, parum crassus (crassit. circiter 0,5 millim.), passim subdispersus; apothecia nigra plana (latit. circiter 1 millim. vel nonnihil minora) marginata, intus nigricantia; sporae 8nae ellipsoideae, longit 0,007—0,010 millim., crassit. 0,005—6, epithecium nigrum paraphyses mediocres (apice incrassato nigricanti-coerulescente). Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Supra saxa calcareo-alpina in summo Port de Benasque Pyrenaeorum (legi 1853).

Extus subsimilis *L. silaceae* Ach., sed differt mox thallo intus jodo violacee tincto et apotheciis intus nigricantibus; thallus ceteroquin e granulis minoribus constans. Typum primarium hujus lichenis cognitum non habeo. In *L. tessellata* Flk. hypothecium incolor, epithecium fuscescens, sporae minores etc.

15. *Lecidea subdeclinata* Nyl.

Praesertim thallo hydrate kalico flavente et medulla jodo non tincto differt a *L. declinata* (Nyl. Lapp. or. p. 177, Flora 1866, p. 418); nec hypothecium strato infero obscuro.

Ad saxa calcareo-alpina in montibus supra Barèges.

16. *Lecidea promiscua* Nyl.

Thallus albus tenuis (K —, I +) areolato-rimosus indeterminatus; apothecia nigra adnata marginata, demum convexa immarginata, intus concoloria (vel strato hymeniali obscure cinerascente) mediocria (latit. 0,8—1,5 millim.); sporae 8nae oblongae simplices longit. 0,008—0,013 millim., crassit 0,0025—0,0035 millim., epi-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0359-6

thecium nigricans (paraphyses gracilescentes apice incrassato fusconigricante) hypothecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Ad saxa calcareo-alpina supra Barèges.

17. *Lecidea promiscens* Nyl.

Affinis priori, sporis vero crassioribus (longit. 0,010—14 millim. crassit. 0,0035—45 millim.), paraphysibus apice clavato nigro, perithecio altiore (thallum subjacentem subcingente). Thallus, ut in eadem, jodo violascens.

Ad saxa calcareo-alpina supra Barèges.

18. *Lecidea sympecta* Nyl.

Forsan non sit nisi var. *L. polycarpae* thallo incrassato (crassit. 1—2 millim.), apotheciis compositis (pluribus convexiusculе connatis, marginibus complicatis). Reactiones conveniunt.

Supra saxa granitica ad Holmiam.

19. *Lecidea homotropa* Nyl.

Forsan specie differat a *L. umbonata* Hepp, thallo tenui subdissipato-effuso, apotheciis non umbonatis, hypotheciio obscurato paraphysibus (sursum) nonnihil crassioribus. Tota facies similior sequenti, quacum ad Barèges occurrit.

20. *Lecidea subumbonata* Nyl.

Thallus albus opacus, sat tenuis, diffusus, subrimulosus, passim determinatus; apothecia plana (latit. 0,7—1,5 millim.) marginata, margine demum flexuoso, interdum centro umbonata, intus fusconigra, strato supero cinerascente; sporae ellipsoideae, longit 0,011—13 millim., crassit 0,006—7 millim., paraphyses mediocres, epithecium nigricanti-coerulescens (ex apicibus incrassatis paraphysum), hypothecium fuscescens. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Ad saxa calcareo-alpina in montibus supra Barèges.

A priore, cui quoad thallum est subsimilis, mox differt paraphysibus apice coerulescentibus et hypothecio fuscescente crassiore. Apothecia saepe 2 vel 3 connata. — *L. exornans* (Arn. Exs. 355) etiam alia est species stirpis *L. umbonatae*; habet illa exornans thallum I +. *L. microspora* Nyl. quoque ad eandem stirpem pertinet.

21. *Lecidea cyanothalama* Nyl.

Distinguenda videtur a *L. contigua* ob paraphyses crassiores et reactionem hymenii jodo effectam (e coerulescente, dein sub-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0360-7

incolorem et thecis vinose subrubescentibus). Thallus K et I —. Lamina tenuis hymenii (praesertim supra) late coerulescens.

Supra lapillos in Faeroe (Rostrup).

22. *Lecidea cyaniza* Nyl.

Thallus albidus tenuis inaequalis diffractus vel evanescens; apothecia nigra albocaesio-pruinosa plana marginata (latit. 0,6—0,8 millim.), intus nigra strato hymeniali coerulescenti-cinerascente; sporae ellipsoideae, longit. 0,018—24 millim., crassit 0,009—0,012 millim., paraphyses non bene discretae, thalamium supra (cum epithecio intensiore) smaragdino-caerulescens, hypothecium nigrum. Jodo gelatina hymenialis (cum thecis) intense coeruleo-tinctum.

Ad saxa granitica in Finlandia prope Nyslott (Carlenius).

Affinitate accedere videtur ad *L. inferiorem*. Thallus et epithecium K —. Thalamii structura distat a *L. contigua*.

23. *Lecidea proludens* Nyl.

Thallus cinerascens subgranulatus glebuloso-inaequalis, laxe adfixus, mediocris (crassit. circiter 0,5 millim.) aut tenuior vel quidem evanescens; apothecia nigra opaca convexa (latit. 1—2 millim.) substipitato-prominula (basi scilicet nonnihil constricta), immarginata, facile lobato-irregularia, saepe glomerulose connata intus obscura; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices parvae longit. 0,008—0,011 millim., crassit 0,0035—0,0045 millim., paraphyses non discretae, epithecium leviter coeruleo-nigrescens, hypothecium dilute rufescens, perithecio violaceo-fusco. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, deinde violacee tincta.

Ad saxa micaceo-schistosa in Tyrolia, altit. 5000 pedum (Arnold, 1870). In valle Lauterbrunnen (Metzler).

Thallus K + flavens, perithecium K purpurascenti-reagens. Potissime prope *L. Dovrensem* locum habeat.

24. *Lecidea mesotropoides* Nyl.

Facie fere *L. mesotropae*, sed thallus K + flavens, apothecia lamina tenuiore (altit. 0,10—0,15 millim., in *mesotropa* altit. circiter 0,4 millim.), sporis brevioribus (longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,006—7 millim.).

Ad saxa calcarea in Scotia, Craig Tulloch (Crombie).

Areolae thallinae convexiusculae. Medulla I —. Perithecium circumcingens. Spermatia longit. 0,007—0,010 millim., crassit. non 0,001 millim. adtingentia.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0361-2

25. *Lecidea spilotica* Nyl.

Thallus cinereus subopacus mediocris (crassit. 1 millim. vel tenuior laevigatus areolato-diffractus (rimis saepe subundulatis); apothecia nigra adnata mediocria (latit. 0,7—1,2 millim.) plana marginata, intus corneo-incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium nigricans, paraphyses gracilescentes, apice incrassato fusconigricante, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Ad saxa schistosa supra Barèges.

Thallus K + rubens, I + violacee obscuratus, inde similitudo quaedam cum *L. polycarpa*, sed apothecia potius conveniunt cum *L. spilota*. Spermatia longit 0,007—0,010 millim., crassit. non 0,001 millim.

26. *Lecidea subfurva* Nyl.

Thallus fusconiger vel cinerascenti-fuscus (crassit. 0,5 millim. vel tenuior), supra furfurello-opacus, areolato-diffractus, indeterminatus; apothecia nigra plana ruguloso-opaca marginata (latit. 0,5—0,8 millim.), margine tenui, saepe angulosa, intus obscura; sporae 8nae incolores subgloboso-ellipsoideae simplices, longit. 0,011—12 millim.; crassit. 0,009 millim., paraphyses graciles irregulares indistinctae, epithecium et hypothecium obscurata. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Ad saxa micaceo-schistosa murorum Glen Fender Scotiae (Crombie).

Facie in memoriam revocat *L. furvellam*, sed locum habeat in stirpe *L. petrosae* et *inferioris*. Nec hydrate kalico nec acido nitrico ulla reactio oritur violaceo-purpurascens neque epithecii, perithecii neque hypothecii.

27. *Lecidea confusula* Nyl.

Thallus olivaceo-cinereus vel spadiceo-cinereus, subtenuis, granulatus vel granulato-conglomeratus (glomerulis crassit. fere 1 millim. vel multo tenuioribus dispersis); apothecia nigra adnata convexula immarginata (latit. 0,3—0,4 millim.) intus albida; sporae 8nae ellipsoideae simplices parvulae, longit. 0,007—0,011 millim., crassit. 0,0040—0,0045 millim., epithecium luteo-fuscescens, paraphyses non discretae, hypothecium incolor.

Ad saxa micaceo-schistosa apud Craig Tulloch in Scotia (Crombie).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0362-8

, Species parva cum nulla alia confundenda. Epithecium K non reagens; paraphyses eodem graciles visibiles. Gonidia diam. 0,005—8 millim.

28. *Lecidea deparcula* Nyl.

Thallus cinerascens tenuis subareolatus dispersus evanescens, hypothallo nigricante parum conspicuo; apothecia nigra parvula (latit. 0,2—0,3 millim.), nonnihil difformia, prominula, centro subumbonata, margine obtuse turgidulo (interdum subcrenato), intus concoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,005—7 millim., epithecium coerulescenti-obscuratum, paraphyses fere mediocres versus apicem smaragdino-coerulescentes, hypothecium fusco-nigricans. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens (dein intense obscuratum).

„Ad saxa calcarea apud cacumen montis Ben-y-gloe in Blair Athole" Scotiae (Crombie).

Species minutula, facile praetervisa. Thalli solum parcas vidi areolas; gonidia subglobosa (diam. 0,004—0,012 millim.).

29. *Lecidea atrobadia* Nyl.

Thallus badius vel fusco-cinerascens, subtenuis, areolato-diffractus, hypothallo nigro instratus ambitu subradiante; apothecia nigra convexiuscula immarginata (latit. 0,5—0,6 millim.), intus concoloria; sporae 8nae fuscae vel nigrescentes oblongae 1-septatae, longit. 0,021—30 millim., crassit. 0,010—14 millim., epithecium violaceo-fuscum, paraphyses (molles graciles) non bene distinctae, hypothecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

In Scotia, ad saxa quartzosa cacuminis Ben-y-gloe (Crombie).

Affinis *L. badioatrae*, sed distincta videtur colore thalli ut in *Lecanora badia* et apotheciis convexiusculis. Medulla jodo non tingitur. Epithecium hydrate kalico purpurascenti-dissolutum.

30. *Lecidea homoclinella* Nyl.

Apothecia parasitica parva (latit. circiter 0,3 millim.) opaca, demum planiuscula immarginata (juniora margine subobsoleto); sporae 8nae fuscae, ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, uni-septatae, longit. 0,007—0,011 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses molles (subarticulatae), apice lutescenti-fuscae (inde epithecium luteo-fuscescens), hypothecium (non crassum) infuscatum. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens vel fulvescens (praecedente coerulescentia levi).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0363-4

Supra *Lecanoram atryneam* betulicolam in Finlandiae provincia Savolaxia (Edwin Nylander).

Notis allatis distincta, prope *L. praecavendam* forsan optime disponenda.

31. *Verrucaria glaucodes* Nyl.

Thallus albido-glaucescens tenuis (crassit. circiter 0,1 millim.) subareolato-rimulosus, subdeterminatus; apothecia parva (latit. vix 0,2 millim.), perithecio immerso, solum parte supera emersa convexula nigra, saepius sat conferta; sporae ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, simplices, longit. 0,013—16 millim., crassit. 0,007 millim.

Prope Pictaviam, ad saxa calcarea (Weddell).

Facie comparanda est cum *V. pinguicula* Mass., sed mox differt colore thalli pallido-glaucescente et peritheciis solum supra nigris.

32. *Verrucaria divergens* Nyl.

Similis *V. integrae*, sed sporis longioribus (oblongo-ellipsoideis, longit. 0,030—36 millim., crassit. 0,011—14 millim.).

Ad saxa calcareo-quartzosa in Finlandia orientali, Suojaervi (Norrlin). In Pyrenaeis inferioribus (ad Eaux Bonnes) subsimilis (Weddell).

33. *Verrucaria interjungens* Nyl.

Thallus cinereo-virescens opacus tenuis subareolato-rimulosus, indeterminatus vel subdeterminatus; apothecia nigra (perithecio dimidiatim nigro), extus convexula (latit. circiter 0,2 millim.); sporae 8nae fusiformes 5-septatae (septo uno alterove irregulari et alio nectente inter septa 3 media), longit. 0,021—26 millim., crassit. 0,007—9 millim.

Ad saxa granitica in insula Maris Balthici Bornholm, socia *V. aethiobolae*. Legit Groenland.

Affinis est *V. chloroticae* (magis vero quoad sporas *V. pertusariellae*), sed sporis minus simplicibus differens.

34. *Verrucaria subcoerulescens* Nyl.

Thallus macula albida obsoleta indicatus; apothecia nigra convexula vel subdepressiuscula (perithecio dimidiatim smaragdino-coerulescente, infra incolore), mediocria (latit. basi fere 0,4 millim.); sporae 8nae incolores ellipsoideae murali-divisae (5-septatae et septulis parcis tenuibus longitudinali sensu interductis), longit. 0,016—22 millim., crassit. 0,010—13 millim., paraphyses graciles non copiosae. Jodo sporae vinose fulvescentes.

In insula Hogland ad corticem pini (Brenner).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0364-0

35. *Verrucaria submicans* Nyl.

Subsimilis *V. punctiformi* var. *tremulae*, sed sporis longioribus, (longit. 0,020—26 millim., crassit. 0,006 millim.). Vergit ad *V. elongatulam*, sed haec sporas habet magis fusiformes.

In Anglia ad corticem (Ilicis?) legit Crombie.

36. *Verrucaria analeptella* Nyl.

Est quasi *V. epidermidis (analepta)* minor, sed mox differt paraphysibus mollibus distinctis, sed parum evolutis. *V. fallax* differt apotheciis majoribus, thecis et spermatiis aliis.

In Hibernia frequens (Carroll). Datur in Anzi L. min. r. no. 395 (nomine *Sagedia aenea*).

37. *Verrucaria buxicola* Nyl.

Similis *V. punctiformi* (macula thallina pallescente nonnihil conspicua), sed sporis tumidulis majoribus (longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,007—0,010 millim.). Paraphyses molles irregulares. Apothecia depressiuscula, latit. vix 0,2 millim. adtingentia.

In Gallia, ad corticem Buxi.

38. *Verrucaria ilicicola* Nyl.

Thallus macula cinerascente obsoleta indicatus; apothecia nigra deplanato-depressa, centro umbonatula, minutula (latit. circiter 0,35 millim.), perithecio dimidiatim nigro; sporae 8nae oblongae tenuissime (vel obsolete) uni-septatae, longit. 0,19—21 millim., crassit. 0,004 milllim., paraphyses vix ullae.

Ad corticem Ilicis prope Rifferschweil (Hegetschweiler).

39. *Verrucaria spilobola* Nyl.

Thallus nigricans tenuis evanescens; apothecia nigra parva prominula, perithecio integre nigro (diam. circiter 0,2 millim.), conferta vel submaculari-aggregata; sporae 8nae incolores, oviformes vel oblongo-oviformes, tenuiter uni-septatae, longit. 0,015—21 millim., crassit. 0,007—8 millim., paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

In Scotia, Blair Athole, supra lapides (Crombie).

Ad stirpem pertinet *V. mesobolae*. Gonidia viridia saepe 4 connata.

40. *Verrucaria immergens* Nyl.

Thallus obsoletus (vel macula albida vel cinerea indicatus); apothecia immersa, perithecio integre nigro, supra ostiolis sat parvis, parum vel vix prominulis; sporae 8nae fusiformes 3-septatae, longit. 0,016—25 millim.. crassit. 0,0045 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0365-6

In Gallia, Chenay (Deux-Sèvres), ad muros calcareos (Richard). — Ad Oran (Balansa), thallo albido.

41. *Endococcus triphractus* Nyl.

Similis *E.* „*rimosicolae*" Leight. minori, sed sporis oblongo-fusiformibus et nonnihil minus crassis, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,004—6 millim.

Supra thallum *Lecideae umbonatulae* Nyl. in Hogland (Brenner).

42. *Mycoporum consocians* Nyl.

Apothecia nigra verrucarioidea, perithecio integre nigro (latit. in sicco statu parum 0,05 millim. excedente, in humido fere 0,08 millim.); sporae 8nae nigrescentes subfusiformi-ellipsoideae 3-septatae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,005—6 millim. Jodo gelatina hymenialis cum thecis roseo-violacee tincta.

Supra thallum et apothecia *Lecideae vernalis* in Lapponia orientali, ad Ponoi (N. I. Fellman, 1863).

Collema plicatile Arn. dici possit *C. subplicatile.*

Parmelia Nilgherrensis Nyl. in Flora 1869, p. 291, saltem sterilis etiam in Europa occurrit in Helvetia et in Germania meridionali.

Lecanora Mougeotioides Nyl., in montibus Europae mediae et meridionalis occurrens, jam differt a *L. oreina* Ach., quacum apud auctores commixta est thalli reactione K± (scilicet tunc medulla praesertim lutescente); contra in *L. oreina* K=.

Lecanora laevata (Ach.) propria species optime distincta. *Asp. verruculosa* Kphb. saltem pro parte huc pertinet.

Ad *Lecanoram caesio-cineream* Nyl. ut varietas obscurior referenda sit *Parm cinerea* var. obscurata Fr. L. S. 343; nullo pacto „ad *laevatam* accedit", ut contenditur in Th. Fr. Lich. Scand. p. 277.

Lecanora rufescens (Ach.), ob reactionem diversam differt a *L. fuscata* (Schrad.), sed specie forsan jungenda sit cum *L. smaragdula* (Whlnb.). — *L. admissa* Nyl., quoad scoticam, varietas sit *L. discretae* (Ach.); thallo depresso.

Lecanora peliscypha (Whlnb.) quoque species est propria, reactione alia quam in *L. fuscata.* Sed occurit *L. fuscatae* varietas extus subsimilis; eo pertinet *bullata* Anzi no. 532, at magis similem *peliscyphae*, in Scandinavia haud raram, nominavi var. *peliscyphoidem.* Optime reactiones praesentes vel deficientes hic respectae, K (Ca Cl) + vel —, supra unguem pollicis sinistri observantur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0366-2

Lecanora subalbella dici potest frequens europaea subsimilis *L. albellae*, at mox differens gelatina hymeniali jodo coerulescente, coerulescentia etiam thecarum subpersistente. Sporae simul nonnihil minores et spermatia nonnihil longiora. Huc pertineret *L. rosellus* Sm. E. B. 1651, ex hb. Sowerb. — *L. peralbellam* contra dico eam, cui gel. hym. jodo vinose rubet, quum in ipsa *albella* Pers. eadem jodo mox coerulescit dein subincolor evadit vel nonnihil lutescens et thecae vinose fulvescunt apice earum persistente subcoerulescente; cum *albella* etiam omnino convenit *sordidescens* Pers. *L. subalbella* (ad quam pertinet Schaer. L. H. 315) tangit *L. caesiorubellam* Ach., sed spermatia satis diversa sunt.

Lecanora subrecta Nyl. differt a *L. atrynea*, sporis minoribus et spermatiis subrectis. Saxicola in Hogland (Brenner).

Lecidea chrysoteicha Nyl. Ad eam pertinet *L. botryosa* Hepp et *glomerulosa* Krb.

Lecid. aglaea Arn. Exs. 469 est mea *L. aglaeotera*, variis notis differens a *L. aglaea* Smmrf. et praecipue spermatiis aliis.

Lecidea periphaea Nyl. est quasi *L. meiospora* Nyl. margine apotheciorum ochraceo-rufo. In valle Aspe Pyrenaeorum (Wedd.).

Lecidea umbonatula Nyl. Accedere videtur ad *L. atrofuscescentem*, a qua mox differt apotheciis minoribus aliisque; thallus K (Ca Cl) + suberythrinose tincta. Saxicola in Hogland (Brenner).

Ad *Verrucariam aeruginellam* Nyl. pertinet quoque *V. myricae* Nyl. in Flora 1869, p. 297; ambae jungendae.

Literatur.

Wie wir bereits schon erwähnt haben beginnt der IV. Jahrgang 1872 des von Dr. O. Beccari gegründeten „Giornale botanico italiano" unter der Redaction des Professors Th. Caruel. Diese Zeitschrift, welche durch die Gediegenheit ihrer Arbeiten sich schon einen ausgebreiteten wohlverdienten Namen erworben hat, wird sich diesen mit vollster Sicherheit auch noch fernerhin zu bewahren wissen.

Im I. Hefte 1872 dieser Zeitschrift beginnt Prof. Passerini mit der Aufzählung der in der Provinz Parma vorkommenden Pilze; — Prof. Caruel gibt erläuternde Bemerkungen über A. Caesalpini's Werke „de plantis libri XVI" (1583) und „Appendix ad libros de plantis" (1603); — Dr. Zanardini berichtigt mehrere von Professor Ardissone vorgebrachte irrige

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03639-0367-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1872

Band/Volume: 55

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 353-365